



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

V. Herzog Otto von Pommern beleihet den Knappen Heinrich von Bredow mit vier Hufen in dem Dorfe Stoltenhagen, am 14. Mai 1341.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

von Brandenburg sine Erben oder Nachkomen to rade werden oder vermugen. In cujus etc. Dat. Berlin anno domini MCCC°. XXXV°. in vigilia B. Nycolai.

Nachschrift. Iste tenor triplicatus est et unam partem habet dominus Imperator et alie due partes sunt in presentibus referuante.

Nach dem Copialbuche des K. Geh. Kab. Archives I. C. 4 in quarto Bl. 63. Gerken's Cod. I. 267.

V. Herzog Otto von Pommern beleihet den Knappen Heinrich von Bredow mit vier Hufen in dem Dorfe Stoltenhagen, am 14. Mai 1341.

Vniuersis et singulis, quorum interest atque interesse poterit, nos Otto, Dei gracia Stetinensium, Pomeranorum, Slaue et Cassubie Dux, volumus esse notum, quod in presencia nostra testiumque subscriptorum discretus vir Magister Johannes de Premslauia, scolasticus ecclesie Stetinensis, nomine suo constitutus quatuor mansos, jacentes in campo ville Stoltenhagen, cum libera curia adiacente eisdem quatuor mansis, in dictis villis Stoltenhagen, cum pacto, precaria, decima minuta, censu et seruicio curruum et dimidietatem lignorum retro eandem curiam existentium, que Haghen dicuntur, et vnum pratum integrum trans oderam, adiacens jam predictae curie, cum omni iure supremo et infimo, vsufructu, vtilitate et commodo, cum pratis, pascuis, nemoribus, rubetis, paludibus, vsuagiis et lignis communibus, aquis, currentibus et stantibus, piscationibus agris cultis et incultis ac obuencionibus et pertinentiis ac fructibus vniuersis, prout in metis, terminis, limitibus seu distinctionibus ville, campi, mansorum et curie predictorum omnium continentur et absque denariis commestionum absque omni seruicio vasallico et rustico et quocunque alio seruicio, quocunque eciam nomine poterit nominari, libere et quiete ac pacifice possidendos, nichil sibi et suis heredibus referuans in eisdem, ad manus famosi famuli Hinrici dicti Bredow beniuolo animo resignauit. Nos vero dicta resignatione facta in manum nostram ad rogatum dicti magistri Johannis prefato Hinrico quatuor mansos cum dicta curia liberos et cum omnibus adherentibus superius expressis cum vno opilionatu contulimus et conferimus in hiis scriptis, adicientes insuper ex speciali gracia et fauore, quod si predictum famulum videlicet Hinricum Bredow aut suos heredes ipsa eadem bona vendere aliquando contigerit, emptoribus eorundem dicta bona gratanter et benigne conferre volumus et debemus, nichil nobis aut nostris successoribus juris referuantes, sed tantum proprietatem et reuolucionem dictorum mansorum et eis adherentium, quantum ad jus spectat pheodale. Mandamus insuper vniuersis nostris aduocatis, officiatis, vasallis, familiaribus et quibuscunque aliis, ne prefatum famulum Hinricum dictum Bredowen in predictis bonis quomodolibet impediunt seu molestie quidquam sibi sub obtentu nostri fauoris et gratie inferant in eisdem. In cuius rei testimonium et euidentiam pleniorum prefens scriptum dari iussimus sigilli nostri munimine roboratum. Testes hujus facti sunt Johannes Glasenap archidiaconus Piritzenensis, magister Johannes Boninc canonicus ecclesie Stetinensis, Hinricus Pressel canonicus ibidem, Hinricus de Schenynghe marscalcus, Hinricus Swan coquine magister, Wedigo Bazdow magister camere cum pluribus fidedignis. Actum et datum anno domini MCCCXLI, secunda feria in rogationibus, per manus Johannis Lencin nostre curie Notarii canonicique ecclesie Stetinensis.

Nach einer Abschrift in der Dreger'schen handschriftlichen Urkunden-Sammlung.